

Johann Döling Andreas Neander

M. Johannes Dölingii Ecclesiae Bergensis in Rugia Pastoris, & Rugianae Synodi Praepositi p. m. Theria Linguae Sanctae Generalis, brevibus praecepsis inclusa : Qua facilis & expedita via ad solidam Sacrae Linguae cognitionem perveniendi monstatur ; Primum quidem in celebri Witebergensium Academia ante annos circiter 19. publice certis thesibus comprehensa ab Authore proposita

Nunc vero ingatiam Studiosae Iuventutis in certa capita distincta, & adiectis partibus Indeclinabilibus secunda vice in lucem edita,
Gryphiswaldii: Jegerus, 1640

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn791668134>

Druck Freier Zugang



CIC - 1701¹

M. JOHANNIS DÖLINGII
Ecclesia Bergensis in Rugiâ Pastoris, & Rugiana
Synodi Prepositi p. m.

37

ΘΕΩΡΙΑ
LINGUÆ
SANCTÆ GENERALIS,
brevibus præceptis in-
clusa:

Qua facilis & expedita via ad solidam Sacræ
Linguæ cognitionem perveniendi
monstratur.

Primum quidem in celebri VVitebergensium Aca-
demia ante annos circiter 19. publicè certis thesibus
comprehensa ab Autore proposita.

Nunc verò in gratiam Studiose Juventutis in certa capita di-
stincta, & adjectis partibus indeclinabilibus secunda
vice in lucem edita

G RYPHI SWALD I,



TYPIS JACOBI JEGERI, ANNO M. DC. XL.

C.I.C. - 1701 - 1

1. *Deinde dicitur Ihesus*

1982

ТЮМЕНЬ

-ni aliquos quidem

July the sixteenth, 1830.

1920年7月1日於上海寓所

1000 IN EQUITY AND 1000 IN
THEIR RESPECTIVE COUNTRIES.

Wendes si velut pueri
vultus vixit videri. et non rite vixit. et non
sufficiens est. ut sibi
ad hanc actionem sufficiat. quoniam non
habet sufficientem rationem. ut
autem dicitur.

卷之三

1785 1790 1791 1792 1793 1794 1795 1796 1797



I.

INSTITUTIONIS
LINGUÆ HEBRAEÆ
LIBER PRIMUS.

CAPUT I.

*DE VOCE EJUSDEMQUE PARTI-
BUS IN GENERE, ET DE LITERIS
IN SPECIE.*

Nstitutio theoretica Linguæ Hebraeæ, consistit vel in vocum simplicium & absolutarum Formatione, vel componendarum Constructione: Illa absolvitur tum *Orthographia* tum *Etymologia*, hæc *Syntaxi*. De Prosodia Hebræorum suo loco seorsim agemus.

Considerantur autem voces vel ratione partium, vel totius; Partes iterum sunt vel Essentialis vel Accidentales.

Essentialis partes vocantur *σοιχεῖα* seu Elementa & Principia, ex quibus dictiones componuntur: suntque vel *Materialia* vel *Formalia*; Materialia sunt literæ Hebræorum, harum notetur tum numerus, tum distinctio: Sunt autem numero 22, quarum figuram, ordinem, potestatem ac valorem in numeris sequens diagramma exhibet.

A

Sp. a.s.p.

Sp. asp.	s.	n.	m.	l.	ch.	j.	t.	hh.	df.	v.	h.	dh.	gh.	bh.	Sp. lenis
y	ס	נ	מ	ל	ט	ר	כ	ז	ח	ג	ח	צ	ב	ב	ן
70.	60.	50.	40.	30.	20.	10.	9.	8.	7.	6.	5.	4.	3.	2.	1.

th.	sch.	r.	k.	tz.	ph.
ת	ש	ר	ק	צ	פ
400.	300.	200.	100.	90.	80.

Distinctio literarum alia fit ratione figure, alia ratione organi, alia ratione pronunciationis, alia deniq; ratione officii.

I. Ratione Figuræ, literæ vel sunt sibi ex parte *similes*, vel *biformes*. Similes sunt, quæ in pictura haud multum variant, quales sequentes sunt literæ, attenta consideratione & usu discernendæ.

רְבָה
רְבָה
רְבָה
רְבָה

Biformes sunt, quæ gemina pinguntur figura, & sunt quinque; quæ in principio & medio dictionis sic scribuntur. **בְּמַנְפָּעָה**: In fine vero extenduntur, & numerum Alphabeto signatum continuant. 900. 800. 700. 600. 500.

דָּמֶן

2. Ratione Organi, Aliæ sunt *Gutturales*, ut אַחֲרֵי; Aliæ *Labiales*, ut בּוֹקֶף; Aliæ *Palatinae*, ut קָרְבָּלָה; Aliæ *Lingvales*, ut בְּטִלְנָה; Aliæ deniq; *Dentales*, ut אַסְכָּרְשׁ.

3. Ratione Pronunciationis, quædam sunt gemini soni, quædam interdum nullius. Gemini soni sunt literæ septem, ut & בְּגַם קְפָת וּשׁ. Harum priores sex, sine puncto in yentre posito molliter, & cum quædam

dam asperatione efferuntur, ut בְּרִת legitur baθa;
בְּכָבֵב cochaß.

Ultima verò ψ cum puncto in dextro cornu, pro-nunciatur ut Sch. in sinistro ut S; ut שִׁישְׁתִּי شִׁישְׁתִּי schose-thi, à situ illud vocatur punctum Jamin hoc Smol.

Interdum nullius soni vocantur Quiescentes, & sunt quatuor, dictione אַחֲרֵי comprehensæ; ita verò dicuntur, quod interdum plane non legantur, sed omnem sonum exuant. Hoc autem fit vel in medio dictio-nis, vel in fine.

In medio quotiescumque propria vocali destitu-untur.

In fine autem quiescunt diversimodè.

נ in omnibus vocalibus, vel sola, ut טְבָנָה; vel cum alia quiescente litera, ut נְזָבָן; Idem etiam fit præ-cedente scheva, ut נְזָבָן.

ן in fine semper quiescit, quamdiu punctulo in ventre destituitur, ut נְזָבָן.

ר non quiescit in fine, nisi sit fulcrum Cholem vel Schurek, tunc enim neq; in principio neq; medio dictio-nis legitur.

ר quiescit in . & . ut בְּרִי בְּנִי &c.

4. Ratione officii distinguuntur in semper radica-les & interdum serviles: Radicale sunt hæ גָּדוֹלָה II. אַבְחוֹרִיכָל מְנֻשָּׁת II. טְסַעְפָּצָקָר Serviles reliquæ II.

Dicuntur Serviles, non quasi nunquam fiant radica-les, sed quod interdum serviant, interdum etiam ra-dicis substantiam ingrediantur. Radicale autem nunquam serviunt, unde conspecta radicali, eam de radicis substantia esse audacter pronunciabis.

DE VOCALIBUS.

ATq; tantum de partibus essentialibus materialibus. Formalia sunt puncta vocalia, eaq; vel regia & *ov-*
salua, vel *ovsalua* servilia *ny aouza*. *Susalua* sunt
decem, quinque longa & totidem brevia.

Longa.	Brevia.
Kametz -	Pathach -
Tzere -	Sægol -
Chirek magnum ?	Chirek parvum -
Cholem ּ	Kametz Chatuph -
Schurek ׁ	Kibbutz -

Sic dicta, quod statam syllabam cum litera quavis
constituant, ubi hæc sequentia notanda veniunt.

1. Cholem saepe ponitur absq; fulcro ּ, & tunc
poni solet vel ad lævam verticis literæ suæ, ut בְּרַאשׁ יִתְחַנֵּן, vel ad dextram literæ sequentis, ut רָאשׁ יִתְחַנֵּן, nonnunquam puncta Jamin & Smol funguntur simul
vice Cholem, ut נְשָׁמָה שְׁמָךְ, idq; facile appareat, cum
vel litera præcedens, vel ipsum ו proprio puncto vo-
cali destituitur: Interdum utrumq; cornu punctum
habet, & tunc dextrum fungitur vice Jamin, sinistrum
Cholem.

2. Brevium vocalium tria, videlicet - - & - sunt
duplia, propria & vicaria: propria ubi vices propri-
as sustinent; vicaria, quando vices sustinent alienas.

Pathach vicarium ponitur sub & ante gutturales
נ ו פ, quotiescumq; dictionis paroxytonæ finem
occupant, vel immediate præcedunt, & alias ex ana-
logia punctuationis Sægol sub vel ante se postulant.

Fit

Fit hoc in formis dictionum Milhel in unum vel duo Sægol exeuntium, ut יְבֵחַ scribitur, non ut forma vocis requirebat יְבֵחַ cum sit formæ מֶלֶךְ : sic נָתַל pro נָתַל &c. Excipe בְּחִזְקָה רְחִם & בְּחִזְקָה, quod & alteram formam admittit, ut בְּחִזְקָה.

Sægol vicarium loco Pathach subjicitur omnibus literis ante gutturales, Kametz vel ChatephKametz sub se habentes, ut קָרְבָּה pro קָרְבָּה, sic קָרְבָּה pro קָרְבָּה.

Kibbutz vicarium vicem subit implicitè quiescentis, cuius etiam naturam tunc induit ad differentiam Kibbutz proprii, ut יְמִינֵי pro יְמִינֵי.

3. Figura KametzChatuph confunditur nonnunquam partim cum Kametz, partim cum ChatephKametz.

I. Quando ut Kametz scribitur sine Scheva, dignoscitur ab eo 1. per virgulam Metheg: Kametz n. absq; Metheg ante Scheva est KametzChatuph, ut תִּכְנֹת chochma, alias est Kametz, ut חֲכָמָה chachema. 2. Kametz absq; accentu tonico ante Dages forte breve est, ut רְנִי canite. 3. Kametz ultimæ syllabæ ante consonam mobilem accentu tonico carens breve est; idq; vel simpliciter, ut יְמִינֵי, vel sequente Maccaph, ut קָלְאַשְׁר. 4. Kametz ante gutturalem, cum ChatephKametz sive actu sive potentia notatam, itidem breve est, ut אַבְלִי item תְּעִמָּרִי.

II. Quando ut ChatephKametz cum Scheva scribitur, ab illo dignoscitur, quod KametzChatuph post se habeat vel Scheva quiescens, vel Dages forte: post ChatephKametz v. semper sequitur vocale אַוְעַזְבָּן.

אַוְעַזְבָּן sunt puncta vocalium אַוְעַזְבָּן servilia, sta-

A 3 tam

tam enim syllabam cum consonis nunquam efficiunt, vocanturq; brevissima, horum itidem sunt quinque: Scheva simplex, tria Scheva composita, nec non Pathach furtivum.

Scheva simplex constat duobus punctis perpendicularibus hoc modo (:) ; Hoc autem interdum mobile est, interdum immobile.

Mobile Scheva est, 1. in principio semper, ut פָרִי, צְרָקָה. 2. in medio, post punctum vocale longum accentu tonico destitutum, ut רַכְבָּה. 3. sub litera quacunq; dagessata, ut פִּקְרָן. 4. post alterum Scheva, ut סְפָרָה.

Immobile est alias, ideoq; 1. in fine dictioonis nunquam legitur, etiamsi duo concurrant, ut פִּקְרָתָה pakadt, יְיִרָּה vejerd &c. Nec 2. post punctum breve purum legitur, sed literam suam ad precedentem retrahit consonam, ut אֲפָקָוד Ephkod. Scheva a. simplex sub quavis litera finali mobili perpetuo vel intelligitur, ut in אֵל DEUS צְרָקָה visitavit, pro אֵל צְרָקָה, vel exprimitur; ut in ה finali semper, ut מְלָךְ, nec non sub ceteris literis קְפָתָה, בְּגָדָה קְפָתָה, item פָּ & ט Scheva aut Pathach furtivum sibi præmittentibus, ut בְּרָה, וְשָׁבָת קְוִישָׁת, שְׁמַחְתָּה, קְוִישָׁת, בְּרָה, וְשָׁבָת.

Scheva compositum triplex est : ChatephPathach :-, Chateph Sægol .., & Chateph Kametz .., & sonant, hoc O brevissimum, illud E brevissimum, istud A brevissimum, & supponuntur loco Scheva gutturalibus. Gutturales enim Scheva mobile non recipiunt, sed ejus loco Scheva compositum admittunt, quod ipsum sub Gutturalibus vice Scheva simplicis fungitur. Ponitur tamen nonnunquam etiam Eupho-

Euphoniacæ causa sub aliis literis, frequentius tamen sub geminatis, ut **אַלְלָא** Exod. 15. v. 10.

Hujus Proprietas hæc gemina subsequens est :

I. Præcedente alio Scheva mobili, illud mutat in vocale **וּגְמִינֵה** simile compositi: unde Regula; Litera Gutturalis punctat se & præcedentem literam, ut **בְּאֶמֶר** pro **בְּאֶרְמָה**, ita pro **בְּאֶרְמָתָה**.

II. Sequentे Scheva alio, vel suum Scheva amittit, & nudum vocale **וּגְמִינֵה** retinet, ut **מַעֲשֵׂנָה** pro **מַעֲשָׂה**, vel punctum **וּגְמִינֵה** amittit & Scheva retinet, ut **יְחִשְׁבֵי** pro **יְחִשֵּׁבָה**, ratio hæc est, quia nec Scheva compositum syllabam efficere potest compositam, nec duo vocalia **וּגְמִינֵה** simul legi possunt.

Ad puncta **וּגְמִינֵה** etiam referimus Pathach furtivum, quod tribus literis gutturalibus **הַ נַּ וְ** loco Scheva immobilis subjicitur, quando vel finem præeunte uno ex quatuor ultimis longis vocalibus, occupant, ut **מִשְׁמָרָה**, vel dictionis finem tantum præcedunt, id quod usu venit in secunda persona fæminina singulari præteriti verborum desinentium in **הַ נַּ וְ**, ut **מִשְׁמָרָתָה** samaacht, pro **מִשְׁמָרָתָה**.

CAPUT III.

DE ACCIDENTIBUS LITERARUM.

HActenus partes vocis fuerunt essentiales, sequuntur accidentales, quæ vel literarum vel vocalium sunt accidentia; Literarum accidentia sunt vel puncta vel linea Raphe..

Puncta sunt vel in vertice posita, ut punctum Jam

min

min & Smol, dé quibus supra; vel medio literæ inser-
ta, ut sunt Dages & Mappik.

Dages autem duplex est, lene (quod nonnulli for-
tificans dici malunt) & forte (quod geminans non in-
convenienter appellant). Lene inscribitur hisce tan-
tum literis sex בְּגָדְרַכְתָּ. 1. in principio, ut בְּגָדָא. 2. in
medio dictionis post Scheva mutum, ut יְנִירְבָּרָא. 3. in fi-
ne post Scheva mutum aut Pathach furtivum, ut פְּקָרְחָתָן שְׁמַחְתָּ.

Nota. Dages lene interdum literis in principio, ut & in medio post Scheva mutum non in-
scribitur. In principio quidem, quando præcedens dictio terminatur vel vocali longa, vel litera quiescen-
te, nisi præcedens illa dictio accentu regio, seu distin-
ctivo sit notata, vel initialem literam Begad Kephat
alia ejusdem organi proximè excipiat, ut אֲמִינְתָּה בְּקִי, Psalm. 89. v. 2.

In medio non inscribitur post Scheva mutum, 1. allevatum ex Kametz vel Tzere, ut בְּרַכְרוֹ: 2. In In-
finitivo vel Imperativo Kal: ut עִזְבָּם, רְקִפְחֵי; 3. Ha-
bens ante se ChatephScheva suo Privatum, ut נְגַסְפֵּי; 4. Positum ante suffixum הַ, vel כֶּם, aut syllabam in
literam Paragogicam exeuntem, ut רְכִרְכֵם, בְּקִיטָּה; 5. Absolutè dictionem inchoans, ut צְבֵי, כְּצֵבֵי. 6. Præ-
cedens syllabam ultimam terminatam in וִתִּ, modo
non sit sub וִ, ut בְּגָדָז מְלִכּוֹתָה. 7. in dictione בְּגָדָז ut בְּגָדְרַכְתָּ.

Dages forte est, quod literam in medio dictionis
geminat, inscribiturq; omnibus literis, exceptis וּ &
gutturalibus. Discernitur autem hoc à Dages leni,
quod Dages forte semper ante se habeat punctum or-
natum; Lene διστάτω immobile.

Dictio

Dictio שְׁפָטִים singularis est, unde diversæ de eadem sunt opiniones. In fine dictionis אַתָּה &c.

Nota. Dages forte interdum in principio dictionis ponitur. 1. Quando initialis litera accentum juxta se habet, & præcedens dictio Milhel desinit vel ה radicalē præeunte Sægol, vel ה augmentale præcedente Kametz, ut בָּרֶה בַּת בְּשָׂח לֹא בְּכָה לֵי. 2. Quotiescumq; dictio præcedens quæcumq; in ה definens, quod vel in vocali brevi, vel longo Kametz quiescit, sequenti per Maccaph connectitur, sive accentus in prima sit, sive non, ut מְחַתְּבֵדִי.

Dages forte saepe etiam excidit, 1. Ex litera schewata, ut כָּסָא כָּסָא &c. 2. Ex media radicali vocum hujus formæ חַיִוָן וְפָרוֹן הַיִוָן &c. propter suffixa vel regimen. Sic רְאֹוֹן הַבְּיָוֹן, ubi Tzere est recompen-sativum ob sequentem indagessabilem. Quemadmodum ergo ibi Dages expressum excidit, ita hic Tzere propterea mutationi obnoxium est: ut enim in regimine dicetur יְבָרֹוֹן; ita & גְּרָאֹוֹן.

Mappik est punctum in ventre ה & ו expressum, illi quidem in fine, huic verò in dictionis medio, & utrumq; alias quiescens hac ratione mobile efficit, ut in אַלְפָן צְוֹוָן.

Linea Raphe, est lineola, quæ in vertice literæ בְּגַרְכְּפָת transversim olim ponebatur, ad notandam absentiam Dages lenis, literæq; molliorem efferendum sonum, ut אַבְּרָהָם; Verum cum nuda absentia Dages lenis idem præstet, hodie ut superflua, minusq; necessaria, desuit apponi.

DE SYLLABIS ET DI-

PH TONGIS HEBRAEORUM.

ATq; sic fuerunt Accidentia literarum: Ubi ordo nunc postulat, ut antequam de accidentibus Vocalium agamus, de syllabis prius videamus. Ex literis enim & punctis componuntur syllabæ.

Est autem syllaba integri soni comprehensio. Quemadmodum autem lectio Hebraica, ut & cæterarum linguarum Orientalium, fit à dextris versus finistram; ita etiam literæ ante puncta sua vocalia pronuntiantur, excepto Pathach furtivo, quod ante suam consonam effertur.

Cæterum syllabæ sunt vel puræ vel mixtæ. Puræ sunt, quæ constant ex vocali אֵלֹהִים, & litera si-
ve mobili, ut בְּ בָּ, sive quiescente יְ, sed initiali tan-
tum, ut בַּבְּ, בַּבְּ Gen. 2. v. 12.

Mixtæ sunt, quæ constant ex una vocali constituti-
va, & pluribus, utpote duabus, tribus, quatuorve li-
teris; Duabus, ut בְּ בָּ; Tribus, ut בְּיָא, בְּיָא,
בְּיָא, בְּיָא; Quatuor, ut בְּגָרְגָּלָה, בְּגָרְגָּלָה;
Ex punctis enim duntaxat אֵלֹהִים de syllabarum numero
fertur judicium, quot ergo vocalia in dictione sunt אֵלֹהִים,
totidem quoq; in eadem syllabas esse necesse es-
tit. Hinc sequentes notentur nunc regulæ:

1. *Longa vocalia*, (nisi accentu tonico sequente Sche-
va sint affecta) syllabam in se absolvunt, ut פָּקָדָה Pa-ka-du.
2. *Brevia pura sequente Scheva* syllabam non absolvunt,
ut תְּפָרְתָּכָם tiph-ar-techem. *Sequente vero* alio brevi ab-
solvunt, ut מְלָךְ, מְלָךְ.

3. Sche-

3. Scheva tam simplex quam compositum etiam si flatum syllabam non efficiat, nunquam tamen compositam syllabam constituit, seu duas literas simul combinat, ut אלהָנִי אַלְעָשֵׂה, בָּרָה Elo-him, Ma-ase, Debba-recha. Excipiunt tamen unicum שְׁתִים, quod nonnulli legunt Schettajim; quidam Schtajim, unde ad commodiorem pronunciacionem præponunt נ, hoc modo, שְׁתִים נִ, ut ita punctum נ non sit Dages forte, sed lene: Atqui Dages hoc forte esse, constat ex his locis, ut Jud. 16. v. 28. ubi legitur שְׁתִי, & Jon. 4. v. 11. ubi extat שְׁתִים, nec non Zach. 4. v. 12. מְחֻשֶּׁב: Nunquam n. Dages lene post Scheva mobile literæ inscriptum memini.

4. Diphongos Hebrei nullas agnoscunt, idcirco וְ וּ, quando in fine dictiōnis pronunciantur, consone sunt, ut אֲדֹנָי Debarāb.

CAPUT V.

DE ACCIDENTIBUS VOCALIUM SEU ACCENTIBUS.

Accidentia Vocalium sunt Accentus. Est autem Accentus nota, quæ dictiōnis prolationem, ac sonum moderatur. Estq; duplex, Tonicus, quem nonnulli Grammaticum dicunt, & Euphonius, alii Rheticum appellant.

Tonicus est, qui ultimam vel penultimam syllabam acuit, & extra Biblia instar virgulæ rectæ & perpendicularis, ut plurimum pingitur; In Bibliis vero variis scribitur figuris. Cæterum accentuum horum tonorum notetur, 1. Numerus. 2. Officium. 3. Accidens.

B 2 Numerus

Numerus complectitur 25. quorum 14. supra distinctionem scribuntur, & sunt:

- | | |
|---|---------------------|
| 1. נ Paschta. | 7. נ Karne-para. |
| 2. נ Kadma. | 8. נ Rebbia. |
| 3. נ Geresch: Teres:
Asla. | 9. נ Sakeph gadol. |
| 4. נ Geraschajim. | 10. נ Sakeph katon. |
| 5. נ Telischa Ketanna:
Talscha, Tarfa. | 11. נ Segolta. |
| 6. נ Telischa gedola. | 12. נ Pasér. |
| | 13. נ Sarka. |
| | 14. נ Schalschelet. |

Undecim infra vocem, qui sunt:

- | | |
|------------------------|----------------|
| 15. נ Merca: Maarich. | 21. נ Tebbir, |
| 16. נ Merca Kephula. | 22. נ Darga. |
| 17. נ Tipbcha: Tarcha. | 23. נ Athnach. |
| 18. נ Munach. | 24. נ Jerach. |
| 19. נ Mahpach. | 25. נ Silluk. |
| 20. נ Jetbif. | |

Officium horum accentuum triplex est: I. Moderate ri sonum in cantionibus. II. Designare decentem pronunciationem in syllabæ legitima elevatione. III. Distinguere sententiam in certa membra. Primum horum officium relinquitur Judæis, at posteriora duo hujus propriè sunt loci.

Officium autem illud alterum spectat vel sententiam, vocesq; accentibus suis distinctas ac notatas, vel adhuc distinguendas: De vocibus accentibus suis notatis, sequentes teneantur regulæ:

I. Quæ

I. Quæ syllaba accentu tonico notata est, ea acuitur: ut מֶלֶךְ Melech, אֱלֹהִים Elohim.

II. Ejusdem accentus in eadem voce geminati, prior acuit syllabam, ut תּוֹהַ Tóhu.

III. Diversorum in eadem dictione posterior acuit, prior tantum Euphonie inservit, ut וְהַעֲשֵׂים Vehaezim.

De dictionibus accentibus suis insigniendis sequentes notentur regulæ:

I. Omnes dictiones sunt vel Milhel, hoc est accentum habentes in penultima: vel Milra, hoc est accentum habentes in ultima. In antepenultima accentus tonicus nunquam ponitur.

II. Milhel seu Paroxytona sunt, exeuntia vel in literam mobilem vel quiescentem. In literam mobilem exeuntia, sunt Milhel omnia terminata, 1. in Segol seu Patach vicarium, quod & ipsum aliud punctum ḥesedim immediate ante se habet, idq; vel longum, ut וְ, ut קָפֵר; vel וּ, ut קָוֵשׁ; vel etiam sequente וּ, ut קָוִתָּה; vel breve quodcumq;, ut מָלֵךְ, בָּעֵר. 2. In Chirek precedente Patach, ut sunt voces hujus forme: יְלִיל, יְמִינָה, קְרִיבָה, &c.

Ex hac regula omnes voces in literam mobilem terminatae estimari possunt, quæcunq; enim ad hanc non quadrant, eas Milra esse indubium est.

III. In literam quiescentem desinentes, Milhel sunt sequentes vocum forme. Primo namq; quiescentes literæ vel radicales sunt, vel serviles. Radicales sunt porro vel נ vel נ. Desinentes ergo in נ precedente vel נ precedente duplice omnes Milhel sunt, ut בְּנָה, צְמָחָה, פְּנָה. Deinde Serviles sunt vel נ, vel ו, vel ז; de his notentur regulæ, tum de singulis Speciales, tum de omnibus communes. Speciales sunt,

sunt, 1. **five** Paragogicum (nisi duo Scheva præcedant) five locale, in nomine & pronomine acuit penultimam, ut **לְנַחַת** nox, **תָּבִיב** montem versus. 2. **Heemanticum** in vocibus hujus forme. 3. **Paragogicum** in nominibus, ut **שְׁרָתִי**, non verò participialibus, ibi enim est **מִלְאַתָּה** Esæ. 1. v. 21.

Communes regulæ hæ sunt: 1. **Omnia augmenta** σύλλαγα Scheva expressum ante se non habentia, tertiae radicalē subjuncta, penultimam acidunt, ut **הַפְּקָרֶרֶת**. Participia excipiuntur, ut **פְּקָרֶת**. Omne augmentum & suffixum syllabicum preter Scheva sibi præmittens penultimam acuit, ut **בְּגָדֵת**, **בְּגָדֵנוּ**. Excipe suffixa נִי & נִי dictioni puncti Scheva interventu subjuncta, quæ accentuant ultimam, ut **הֲנִנִּי** ecce ego, **הֲנִינִּי** ecce nos. Reliquæ Hebræorum voces omnes Milra sunt, hoc est, accentum in ultima habent, quotquot ad hasce regulas non quadrant.

Consectarium. Nullum punctum breve, sequente gemino Scheva explicito vel implicito accentum juxta se ullo modo habere potest.

Tertium Accentuum officium consistit in accurata vocum distinctione: ratione hujus alii continuativi dicuntur, quos nonnulli serviles dicere malunt, & sunt octo sequentes: Munach נ, Mahpach נ, Merca simplex נ, Merca duplex נ, Darga נ, Jerach נ, Kadma נ, Telischa Ketanna נ. Horum officium est non distinguere, sed tantum continuare orationem ad commodum membrum. Alii dicuntur *Distinctivi* seu *Reges*, qui orationem in certa membra distinguunt, & sunt reliqui 17. Denotant autem illorum aliqui semicom-

micomma, ut hi 12. Paschta נָ, Geresch נָ, Gereschajim נָ, Telischa gedola נָ, Karne - para נָ, Sa-ceph gadol נָ, Pasfer נָ, Sarka נָ, Schalischeleth נָ, Tipheha נָ, Tebbir נָ, Jethif נָ. Alii integrum comma, ut Rebhia נָ, Sakeph katon נָ, Sægolta נָ, Alii colon, ut Athnach נָ. Alii deniq; punctum, ut Silluk נָ, unde propter hoc officium à nonnullis Pausæ vocari solent.

Accidit accentibus trajectio, ex syllaba sibi primariò destinata ; eaq; vel ultima in penultimam, vel ex penultima in ultimam. Ex ultima in penultimam trajectio fit,

I. Propter accentum distinctivum, 1. in Verbis in augmentum אֲסֻאַבְנָה Scheva sibi præmittens desinentibus, ut בְּתָרֵן תִּשְׁמַעַן à בְּתָרֵן ; אַלְזָה ab אַלְזָה. 2. in Vocibus monosyllabis hujus formæ אַתָּה, אַתָּה, עָרָו, פָּרָה, חָלֵן, עָרָו, פָּרָה. 3. In dictionibus his אַנְכִּי, אַתָּה, עָרָו, פָּרָה. 4. In suffixo הָ, ut עָתָה, אַתָּה, גַּדְעָה fit גַּדְעָה.

II. Propter accentum continuativum, idq; 1. ob י conversivum futuri, desinentis in literam mobilem, præeuntibus duabus vocalibus longis, ut אַבְרָהָם, גַּבְרָה. 2. ob alium immediate sequentem accentum, quod fit quoties vox monosyllabica, vel dictio penacula bisyllaba sequitur, ut בְּחַילְדָּו &c. si sustinere modo accentum penultima potest, vide consectarium paulò ante positum.

III. Ob Accentum sive distinctivum sive continuativum, 1. in præteriti tertia persona fæminina propter

pter suffixa אֶתְכָתָה, מִשְׁאַתָּם. 2. In Futuro, vel propter Apocopen נִ radicalis à - in י definentis, ut וַיֵּשֶׁתְחֹזֵק pro וַיִּשְׁתַּחֲזֵק, vel בְּ Epentheticum ante suffixa, ut יִשְׁרָתְנָךְ Esa. 60. v. 7.

Vel fit trajeccio ex penultima ad ultimam, saepius accentus continuativi, rarius distinctivi, in personis singularibus Præteritorum, propter præfixum י, ut יְהִבְרֹלָה וַיִּקְרֹרָן &c.

Tantum de Accentu Tonico. Accentus Euphonicus est, qui vocum pronunciationi solum suaviori inservit, & duplex esse potest Metheg & Maccaph.

Metheg est, qui *Tonico* in eadem voce præmissus, vocis sonum reddit gratum & venustum. Hic ab Accentu sive *Tonico*, sive *Euphonico*, aut penultiimam, aut antepenultiimam syllabam occupat.

I. Penultiimam syllabam occupat, eadem existente longa, sequente Scheva mobili, aut litera quiescente, nec non Scheva muto finali in dictione per Maccaph sequenti annexa, ut לְאַיְירָעַ שְׂמִרִי, vel brevi sequente uno Scheva, ut תְּמִימָן, sed hoc posterius raro adscribitur.

II. Antepenultiima seu tertia syllaba ab accentu, sive punctum longum habeat, sive breve, sequente Scheva aut Dages cum Metheg notatur: ut לְלִשְׁוֹנָתָם הַאֲחֶר. Alias si ante hanc vocalem brevem præcesserit punctum aliud וְאַתָּה, rejicitur ad quartam, ut אַתָּה.

III. Penultiimam vel antepenultiimam Metheg occupat, quotiescumq; Scheva compositum eam vel actu vel potentia subsequitur: ut תְּמִימָן שְׂמִרִי.

IV. Scheva deniq; sub dictioris initium, si syllaba ea fuerit ab accentu secunda seu penultiima, ut & qualibet alia in principio.

*principio dictionis polysyllabæ in Dages finita, Metbeg notatur,
ut יְהִי.*

OBSERVATIONES.

I. *Metheg sèpè extruditur succedente ipsi accentu tonico, quod sit, quotiescumq; retrahitur accentus tonicus in locum quem antea Metheg occupabat.*

II. *Metheg in libris Biblicis non ubiq; dictionibus quibus competit adscriptum est, sed plus minusve interdum in uno, quam in altero libro.*

Tantum de Metheg, sequitur Maccaph, quod est lineola transversa, duas tresyè dictiones accentu tonico privatas ita connectens, ut cum ultimæ dictionis accentu unâ pronunciatione venustè conspirent. Fit hoc ipsum potissimum, quando voces monosyllabæ aliis longioribus vel præponuntur, vel postponuntur, ut יְהִי־רֹקֶן ; יְהִי־צָרָעֵר : Interdum etiam bisyllabæ conspirant, ut לְעֵג־לְמַיִם .

Duo autem causatur Maccaph, 1. privat dictio-
nem præcedentem suo accentu tonico, ut קְלִי־מִתָּה ,
2. mutat Cholem & Zere ante consonam mobilem in suas breves, hoc est illud in רֹקֶן , hoc verò in צָרָעֵר , ut אַתְכָלָא־יְבִיו pro אַתְכָלָא־יְבִיו , quando scilicet literam quiescentem non includunt, tunc enim immutata manent, ut קְבּוֹד־אַל , חֲלִי־מִתָּה . Sic etiam legitur Prov. 21. v. 7 quemadmodum nec Maccaph in his monosyllabis mutatur, ut בְּנֵי עַתְשֵׁי , יְמִינֵי עַתְשֵׁי .

CAPUT VI.

DE NOTATIONE VOCUM.

Hactenus partes Vocis fuerunt tum essentiales, tum accidentales: sequitur nunc vocis totius consideratio,

ratio, in qua primo consideranda occurrit cum ejusdem notatio, tum distributio.

Notatio est, qua Vociis aut *Species* aut *Figura* inquiritur: *Species* est duplex, *Primitiva*, quæ Hebris שׁוֹרֶשׁ hoc est radix appellatur, constans solum tribus literis radicalibus, ut קָלַח regnavit, estq; ut plurimum tertia persona præteriti Kal. *Derivativa*, quæ à radice descendit, & triplici modo formatur: 1. *Nuda punctorum vocalium immutatione*, ut קָלַד. 2. *Literarum radicis augmentatione*, eaq; vel in principio, ut מְכַר à כָּר, vel in fine, ut מְלֻכִּת à לְכִת; vel utrobique, ut מְלֻכָּת. 3. *Literarum radicis diminutione*, idq; itidem vel in principio, ut שְׁנָה somnus, à שְׁנֵי dormivit; vel fine, ut יְד manus, à יְדָה; vel utrobique, ut חְתָב lectus, à חֲתָב; vel in medio, ut יְהִי peregrinus, à יְהִי; vel etiam in medio & fine, ut יְהִי irrigatio, à יְהִי.

Literæ autem, quæ hujusmodi voces derivatas efformant, sunt septem, & dictioni חָמְנִי includuntur, unde etiam usus obtinuit ut vulgo literæ Heemanticæ appellantur. Hæ verò literæ, vel initio dictiōnis apponuntur, vel fini excepto נ, quod tantum ab initio servit.

CAPUT VII.

DE DIVISIONE VOCIS IN GENERE, ET DE NOMINE IN SPECIE.

Tantum de Notatione, sequitur ejus Distributio in Declinabilem & Indeclinabilem. Vox Declinabilis est, quæ cum secundum numeros, tum secundum genera

genera flecti potest: estq; vel Nomen vel Verbum.

Nomen est dictio per numeros & genera tantum declinabilis: estq; vel primarium, vel secundarium.

Primarium est, quod rem primò notat, idq; vicissim consideratur vel ratione divisionis, vel communium accidentium.

Dividitur Nomen in Substantivum & Adjectivum: Illud porro vel commune est, vel proprium. Hoc verò vel Absolutum est, vel Relatum. Absolutum, ut קָדוֹל magnus, קָדוֹלָה magna.

Huic accedit comparatio, quam Hebræi circumloquuntur, in Comparativo vel per Præpositionem וְ præ, vel Adverbium intendendi יִוְתַר magis: In Superlativo verò per Præpositionem בְּ in vel inter, vel per Adverbium intendendi טַבְדֵל valde; vel per geminationem & repetitionem vocis ejusdem, ut טַבְדֵל; vel deniq; per positivum cum Genitivo plurali, ut מְלָכִים.

Relatum, vel cum determinatione Numeri; qui vel Cardinalis, ut אֶחָד unus, שֶׁנִים duo: vel Ordinalis, ut אֶחָדָה Primus, שֶׁנִי Secundus &c. Vel cum determinatione originis, idq; vel Patronymicum, ut שאולites Saulites; vel gentilium, ut מצרי Egyptianus.

CAPUT VIII.

DE ACCIDENTIBUS NOMINIS.

Accidentia Nominis sunt quatuor, Genus, Numerus, Casus & Declinatio.

Genus est vel Masculinum, vel Fæmininum, vel

C 2 Com.

Commune. Neutrum Hebræi non habent, sed pro eo ut plurimum utuntur Fæminino.

Cæterum in Genere notetur, tum Formatio, tum Ratio cognitionis. Formatio propriè est vocum Masculinarum quidem quæ in י. desinunt, & Fæmininarum quæ vel in ה. vel ה exeunt.

Masculina Adjectiva in י. deducuntur à Substantivis, tam Masculinis, ut à חָמֵשׁ libertas, est חָמֵשׁ li-
ber; quam Fæmininis, ut à יְהוּדָה Judæa, est יְהוּדֵי Ju-
dæus, à מִצְרַיִם מצרים Ägyptus, est Ägyptius.

Fæmininæ voces in ה. veniunt tum ab Adjecti-
vis, ut à קָרְנָלָס manus fit קָרְנָלָה; tum à Substantivis,
ut à מלך Rex, est מֶלֶךְ Reginæ.

In ה servile exeuntes formantur à Masculinis in י.
desinentibus, ut à חָמֵשׁ liber, est חָמֵשׁ libera, à
מצרי Ägyptius, est מצראית Ägyptia.

Cognitionis ratio dependet tum ex significatione,
tum terminacione.

Significatione Masculina sunt: Virorum, Offi-
orum Virilium, Montium, Fluviorum, Populorum
& Mensium nomina, ut יְהֹוָה, פָּתָח, מְרוֹת, בְּרִית,
אֲשֶׁרֶב, נְבָנָה, נְגָן.

Fæminina sunt, Propria Mulierum, Muliebrium
Officiorum, Urbium, Regionum, Membrorum cor-
poris animalis & Plagarum mundi nomina, ut גְּתָן,
אַפְּנַי יְדָה, מִצְרַיִם, בְּרִל אַנְגָּל.

Communia sunt Numeralia à viginti ad mille, ut
עָשָׂר וָשָׁנָה &c. Item omnia illa, quæ sub una terminati-
one sexum utrumq; continent, ut כָּל omnis, זָבֵחַ
pecus, &c.

Termi-

Terminatione Masculina sunt ut plurimum, quæ in literam radicalem quamcunq; exeunt, ut **אֵל** vallis, **אַרְבָּה** insidiæ, **גֶּת** piscis. Pauca excipiuntur Fæminina, nonnulla etiam sunt Communia, quæ videri possunt apud Buxtorff. in Thesauro Grammatico lib. I. cap. 8. & apud Weiganmeejenim in Tabulis lib. I. cap. 13.

Fæminina sunt quæ vel in **נִ**, vel **תִּ** servile exeunt, ut **צְרָמָה**, **צְרָמָתִ**, ubi tamen excipiuntur, quæ in servilem desinunt, aut **תִּ** loco **נִ** habent, ut **שְׁוִיאָתָה**, **שְׁוִיאָתָתִ**, **אֲבָהָה** hæc enim Masculina sunt.

Numeri Nominum sunt tres: Singularis, cuius variæ sunt terminations.

Dualis est vocum res binas vel natura, vel arte vel cogitatione significantium, terminatio ejus est **וְיַ**, ut **וְיַד** manus, **וְיַדְיַ** multæ binæ manus, **מְאַנְיָנִים** bilanx, **וְיַיְמִים** biduum, & **וְיַמִּים** multi dies.

Pluralis Numerus in Masculinis desinit in **וְיַ**, ut **רְכָרִים**, in Fæmininis verò in **וְתִ**, ut **צְרָקִותִ**.

Casus sunt sex: Nominativus, Genitivus, Dativus, Accusativus, Vocativus & Ablativus. Hi Casus terminatione non differunt, sed eandem omnes habent, Numeri tantum terminatione distinguuntur: Idcirco ex structura sermonis & rectione syntactica discernendi sunt. Nonnunquam verò adduntur notæ quibus aliquo modo dignoscuntur: Nominativo præponitur **לְ** sequente Dages forti, quod vocari solet **לְ** notificans vel Emphaticum; verum sæpissimè etiam aliis Casibus præponitur, idcirco non est perpetua nota Nominativi. **לְ** Genitivum possessoris ut & Dativum notat. Rabbini Genitivo notam **לְ** frequentem.

quenter præfigere solent. **תְּנָא** Accusativum, sæpe tamen etiam Nominativum vel Ablativum designat. Ablativus frequentissime per **וְ** exprimitur.

Declinatio Nominum duplex est: Prima vel Secunda.

Prima est Masculinorum, quorum terminatio singularis varia est, Pluralis vero definit in **יְמִים**, ut **זְבַר**, **לְשֹׁן**, **חִסְיוֹן**, **מְלָכִים**, **קְלָבִים**, **חִסְרָה**, **סְפִירָה**, **לְבָבוֹת**, **קְרָשִׁים**, **קְרָשָׁה** vel **קְרָשִׁיָּה**, alias nulla in literis fit mutatio.

Accidit autem huic Declinationi Anomalia Numerorum, quæ complectitur vel Singularia tantum, ut sunt 1. Nomina Propria, ut **גָּדָר**, **גָּשָׂה**. 2. Metalorum, ut **זְהָב** aurum, **זְרַבָּץ** argentum. 3. Liquidorum, ut **יְמִין** vinum, **תְּרוּשָׁה** mustum. Vel Pluralia tantum, ut Nomina Ætatum ante ultimam radicalem **י** habentia, ut **עֲלוֹמִים** pueritia, **עֲלֹמָה** adolescentia, **קִינִּים** senectus, &c. Vel Dualia tantum, quæ usu dignoscenda, ut **יְמִים** aquæ, **שְׁפִיטִים** coeli. Præsertim vero res binæ arte, ut **מְאֻבִּים** bilanx, **מְכַנְּסִים** fæmoralia.

Secunda Declinatio est Fæmininorum, cuius terminatio pluralis est **אֶזְקּוֹת**, ut **אֶתְּנָה**, **אֶתְּנָה**, **אֶתְּנָה**, **אֶתְּנָה**, **אֶתְּנָה**.

Anomalia Numerorum hic eadem est quæ supra fuit.

Anomalia Declinationum hic observanda est.

I. Quædam Masculina more Fæmininorum flectuntur, ut **אֵבֶן** pater, **אֵבֶן** patres.

II. Quædam Fæminina more Masculinorum vicissim flectuntur, ut **אֶלְחָשָׁן** quercus, **אֶלְמָם** **אֶלְמָם** &c.

III. Quædam utroq; modo flectuntur, ut **חַיקָּלָה** **חַיקָּלָה** חוכלים

חִכְלוֹת & חִכְלָה, quæ usu omnia addiscenda sunt.
Vide Thesaurum Grammat. Buxtorfi lib. I. cap. 10.

CAPUT IX.

DE PRONOMINE.

Tantum de Nominе Primario. Sequitur Vicarium, quod & Pronomen vocamus, quod est dictio, quæ vicem Primarii nominis subit, cum ejusdem alias integrata foret repetitio. Estq; vel Integrum vel Defectivum.

Integrum, quod per Numeros declinabile & variabile est. Idque rursus vel Separabile vel Inseparabile.

Separabile est, quod per se dictionem constituit, & est vel primæ, vel secundæ, vel tertiaræ personæ, uti ex hac tabella subjecta videre est.

In Singulari.

1. אֵנִי *vel* אֲנַנִּי Ego. Com. |
2. אַתָּה Tu. M.
3. אַתְּ Tu. F.
4. חָיָה Ille.
5. חָיָה Illa.

In Plurali.

- | | |
|---|------------------------------------|
| 1. אַنְחָנוּ <i>vel</i> אֲנַחֲנִי Nos. Com. | 2. אַתָּה <i>vel</i> אַתְּ Vos. M. |
| 2. אַתְּ <i>vel</i> אֲתָּה Vos. F. | 3. סָמֶךָ <i>vel</i> סָמֶךָ Illi. |
| | 4. סָמֶךָ <i>vel</i> סָמֶךָ Illæ. |

Pronomen inseparabile vel Præfixum est, vel Suffixum: Præfixa duo sunt ח & ו sequente Dages fortis; Illud est Demonstrativum contractum ex חָיָה, & significat Hic, Hæc, Hoc. Hoc verò est Relativum contractum ex שָׁנָה Qui, Quæ, Quod, de quibus plura infra in Syntaxi Præfixorum.

Suffixa

Suffixa in specie Affixa, itidem ab integris orta
sunt sequentia 19.

Suffixa Singularia.

1. מְנִי Me, Meus, a, um. *Com.*

2. תְּנוּ Tu, Tuus, Tua, Tuum.

3. הַלְּאֵלָה, הַלְּאֵלָה, מִלְּאֵלָה, מִלְּאֵלָה, M. Ille, Illum, &c.
הַלְּאֵלָה, הַלְּאֵלָה, F. Illa, Illam, &c.

Suffixa Pluralia.

1. נָנוֹ Nos, Noster, a, um. *Com.*

2. כָּמָנוֹ M. וָנוֹ F. Vos, Vester, a, um.

3. טָרָנוֹ M. Illi, Illorum, Illos, &c.
טָרָנוֹ F. Illæ, Illarum, Illas, &c.

Declinantur Affixa si notæ Casuum illis præponantur, ut in Genitivo & Dativio præposito נִי fit.

In Singulari,

1. מֵנִי Mei vel Mihi.

2. תֵּנוּנִי Tibi, M.

3. לְנוּנִי Tibi, F.

3. אֶנוּנִי Ei, M.

3. אֶנוּנִי Ei, F.

In Plurali,

1. נָנוֹנִי Nobis, *Com.*

2. כָּמָנוֹנִי M. וָנוֹנִי F. Vobis.

3. טָרָנוֹנִי M. טָרָנוֹנִי F. Illis.

Accusativum format Particula נָנָה, si suffixis præponatur, atq; tunc ob convenientiorem συγγριαν ante suffixa levia mutatur in נָנָה, ut

In Sin-

In Singulari.

1. אֹתָן Me. Comm.
2. אֹתָהּ Te. *Masc.*
אֹתָהּ Te. *Fem.*
3. אֹתָן Illum.
אֹתָהּ Illam.

In Plurali.

1. אֹתָנִינוּ Nos. *Com.*
2. אֹתָקָם *g* Vos. *M.*
אֹתָקָנוּ *g* Vos. *F.*
3. אֹתָקָם *g* Illos.
אֹתָקָנוּ *g* Illas.

Ablativum dictio וְ format duplicato ut plurimum ו hoc modo:

In Singulari.

1. מִמֶּנִּי, מִמֶּנּוּ, מִמֶּנּוּן à me. *Com.*
2. מִמֶּתֶךְ *g* à te. *Masc.*
מִמֶּתֶךְ *g* à te. *Femin.*
3. מִמֶּנְחוֹ, מִמֶּנְנִי *g* ab illo.
מִמֶּנְנִיהָ *g* ab illa.

In Plurali.

1. מִמֶּנּנוּ à nobis. *Judei Orientales* hoc legunt
מִמֶּנּנוּ, ut distingvatur à
3tia persona singulari.
2. מִמֶּכֶם, מִמֶּכָּם *g* à vobis. *Masc.*
מִמֶּכָּנוּ *g* à vobis. *Femin.*
3. מִמֶּנְחָם *g* ab illis. *Masculin.*
מִמֶּנְחָנוּ *g* ab illis. *Femin.*

Nota in Suffixorum Pronominum usu non respicitur genus dictionis cum qua componuntur, sed subjectum cuius vice ponuntur. Ut si dixero, Pater tuus, & Fæminam allocutus fuero, non dico אֲבִיךָ, sed

D אֲבִיךָ

אֲבָנִי; non enim hic respicitur genus vocis אַבָּ, sed Subjecti nempe fæminæ, cuius loco suffixum יְ po-nitur.

Tantum de Pronomine integro. Defectivum est aliud numero, idq; vel Plurali, ut interrogativum Personæ וְ quis vel quæ? & rei, ut וְ מַה, מַה, מַה quid? Scribitur autem וְ ante vocem litera dagesstibili inchoatam, cui dages imprimit. וְ ante נַה & רַ, וְ verò ante יְ & חַ; & Demonstrativum Masculinum וְ hic, Fæmininum וְ, וְ hæc. Commune יְ & יְ hic & hæc; Item וְ illæ, illum. Vel est, defectivum Singulari, ut לְאֵן, חַלְאֵן illi, illæ, illa.

Aliud Numero & Genere Infinitum est, ut Relativum וְשָׁנָא qui, quæ, quod, unde præfixum וְ, de quo antea.

CAPUT X.

DE VERBO.

ATq; sic fuit Nomen, sequitur Verbum, quod est dictio flexilis, cum per Numeros & Genera, tum per Tempora, Personas & Conjugationes.

Numeri duo sunt: Singularis & Pluralis.

Genera eadem quæ in Nominibus, Masculinum, Fæmininum & Commune.

Tempora sunt quinque: Præteritum, Participium, Infinitivus, Imperativus & Futurum.

Præteritum, ut וְ visitavit, complectitur tam Imperfectum quam Plusquamperfectum.

Parti-

Participium geminum est, Præsens, ut פִּזְבַּח visitans. Præteritum, ut פִּזְבַּח visitatus.

Infinitivus, ut פִּזְבַּח visitare.

Imperativus, qui & Futurum Imperans dicitur, ut פִּזְבַּח visita.

Futurum absolute sic dictum, ut פִּזְבַּח visitabo.

Persona est diversa & peculiaris Verbi in iisdem numeris formatio, eaq; triplex, Prima, Secunda & Tertia. Fit tamen flexionis initium in Præterito à tertia persona, quia simplex est, & purum thema in Conjugatione Kal continet.

CAPUT XI.

DE CONJUGATIONIBUS HEBRAEORUM.

